

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt. 30. Indictio universalis iubilaei Anni sancti millesimi noningentesimi. — 31. Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu indulgentiis auctae ubique terrarum publice recitari et decantari in posterum valent. — 32. Exercitia spiritualia a sacerdotibus obeunda. —

33. XVII. Jahresbericht über die Thätigkeit des Vereines zur beständigen Anbetung des Allerheiligsten Altarsacramentes und zur Ausstattung armer Kirchen in der Lavanter Diöcese pro 1898. — 34. Orgelbau-revisoren für die Lavanter Diöcese.

30.

Indictio universalis iubilaei anni sancti millesimi noningentesimi.

LEO EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS
INSPECTVRIS SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Roperante ad exitum saeculo, quod annuente Deo Nos ipsi prope totum emensi vivendo sumus, animum volentes induximus rem ex instituto maiorum decernere, quae saluti populo christiano sit, ac simul curarum Nostrarum, quaelescumque in gerendo Pontificatu maximo fuerint, extremum velut vestigium ostendat. *Iubilaeum magnum* dicimus, iam inde antiquitus in christianos mores inductum, decessorumque Nostrorum providentia sancitum: quem tradita a patribus consuetudo *Annum sanctum* appellat, tum quod solet esse caeremoniis sanctissimis comitator, tum maxime quod castigandis moribus renovandisque ad sanctitatem animis adiumenta uberiora supeditat. Testes Ipsi sumus quanto opere is ad salutem valuit qui postremo actus est ritu solemnī, Nobis videlicet adolescentibus, Leone XII pontifice maximo: quo tempore magnum tutissimumque religioni publicae theatrum Roma praebuit. Memoria tenemus ac videre propemodum etiam nunc videmur peregrinorum frequentiam: circumeuntem templa augustissima, disposito agmine, multitudinem: viros apostolicos concionantes in publico: celeberrima Urbis loca divinis laudibus personantia: pietatis caritatisque exempla edentem in oculis omnium, magno Cardinalium comitatu, pontificem. Cuius recordatione memoriae ex temporibus iis ad ea, quae nunc sunt, mens acerbius revocatur. Earum quippe rerum quas diximus, quaeque si in luce civitatis, nulla re impediēte, peragantur, mire alere atque incitare pietatem popularem solent, nunc quidem, mutato Urbis statu, aut nulla facultas est, aut in alieno posita arbitrio.

Ut eumque sit, fore confidimus ut salubrium consiliorum adiutor Deus voluntati huic Nostrae, quam in eius gratiam gloriamque suscepimus, cursum prosperum ac sine

offensione largiatur. Quo enim spectamus, aut quid volumus? Hoc nempe unice, efficere homines, quanto plures nitendo possumus, salutis aeternae compotes, huiusque rei gratiā morbis animorum ea ipsa, quae Iesus Christus in potestate Nostra esse voluit, adhibere remedia. Atque id a Nobis non modo munus apostolicum, sed ipsa ratio temporis plane videtur postulare. Non quod recte factorum laudumque christianarum sit sterile saeculum: quin imo abundant, adiuvante Deo, exempla optima, nec virtutum genus est ullum tam excelsum tamque arduum, in quo non excellere magnum numerum videamus: vim namque procreandi alendique virtutes habet christiana religio divinitus insitam, eamque inexhaustam ac perpetuam. Verum si circumspiciendo quis intuetur in partem alteram, quae tenebrae, quantus error, quam ingens multitudo in interitum ruentium sempiternum! Angimur praecipuo quodam dolore, quotiescumque venit in mentem quanta pars christianorum, sentiendi cogitandique licentia deliniti, malarum doctrinarum veneno sitienter hausto, fidei divinae in se ipsi grande munus quotidie corrumpant. Hinc christianae taedium vitae, et late fusa morum labes: hinc illa rerum, quae sensibus percipiuntur, acerrima atque inexplebilis appetentia, curaque et cogitationes omnes aversae a Deo, humi defixae. Ex quo fonte teterrimo dici vix potest quanta iam in ea ipsa, quae sunt civitatum fundamenta, pernicies influxit. Nam contumaces vulgo spiritus, motus turbidi popularium cupiditatum, caeca pericula, tragica scelera, nihil denique sunt aliud, si libet caussam introspicere, nisi quaedam de adipiscendis fruendisque rebus mortalibus exlex atque effrenata decertatio.

Ergo interest privatim et publice, admoneri homines officii sui, excitari consopita veterno pectora, atque ad studium salutis revocari quotquot in singulas prope horas discrimen temere adeunt pereundi, perdendique per socordiam aut superbiam coelestia atque immutabilia bona, ad quae sola nati sumus. Atqui huc omnino pertinet annus

sacer: etenim per id tempus totum Ecclesia parens, non nisi lenitatis et misericordiae memor, omni qua potest ope studioque contendit ut in melius humana consilia referantur, et quod quisque deliquit luat emendatrix vitae poenitentia. Hoc illa proposito, multiplicata obsecratione auctâque instantia, placare nititur violatum Dei numen, arcessere e coelo munerum divinatorum copiam: lateque reclusis gratiae thesauris, qui sibi sunt ad dispensandum commissi, vocat ad spem veniae universitatem christianorum, tota in eo ut reluctantes etiam voluntates abundantia quadam amoris indulgentiaeque pervincat. Quibus ex rebus quid ni expectemus fructus uberes, si Deo placet, ac temporis accomodatos?

Augent opportunitatem rei extraordinaria quaedam sollempnia de quibus iam, opinamur, satis notitia pererebuit: quae quidem sollempnia excessum undevicesimi saeculi vicesimique ortum quodam modo consecraverint. Intelligi de honoribus volumus Iesu Christo Servatori medio eo tempore ubique terrarum habendis. Hac de re excogitatum privatorum pietate consilium laudavimus libentes ac probavimus: quid enim fieri sanctius aut salutaris queat? Quae genus humanum appetat, quae diligat, quae speret, ad quae tendat, in unigenito Dei Filio sunt omnia: is enim est *salus, vita, resurrectio nostra*: quem velle deserere, est velle funditus interire. Quamobrem etsi numquam silet, imo perpetua viget omnibus locis ea, quae Domino nostro Iesu Christo debetur, adoratio, laus, honos, gratiarum actio, tamen nullae gratiae nullique honores possunt esse tanti, quin longe plures ei debeantur longeque maiores. Praeterea num paucos saeculum tulit immemori ingratoque animo, qui divino servatori suo pro pietate contemptum, pro beneficiis iniurias referre consueverint? Certe ipsa ab eius legibus praeceptisque vita discrepans plurimorum argumento est flagitiosae ingratisimaeque voluntatis. Quid quod de ipsa Iesu divinitate Arianum scelus non semel renovatum nostra vidit aetas? Macti itaque animo, quotquot populari incitamentum pietati consilio isto novo pulcherrimoque praeuistis; quod tamen ita efficere oportet, nihil ut Iubilaei curriculum, nihil statuta sollempnia impediât. In proxima ista catholicorum hominum significatione religionis ac fidei id quoque propositum inerit, detestari quaecumque impie dicta patratave memoriâ nostrâ sint, deque iniuriis, augustissimo Iesu Christi numini praesertim publice illatis, publice satisfacere. Nunc autem, si vera quaerimus, genus satisfactionis maxime optabile et solidum et expressum et inustum notis veritatis illud omnino est, deliquisse poenitere, et pace a Deo veniaque implorata, virtutum officia aut impensius colere aut intermissa repetere. Cui quidem rei cum tantas habeat annus sacer opportunitates, quantas initio attigimus, rursus apparet oportere atque opus esse ut populus christianus accingat se plenus animi ac spei.

Quapropter sublatis in coelum oculis, divitem in misericordia Deum enixe adprecari, ut votis inceptisque Nostris benigne annuere, ac virtute sua illustrare hominum mentes itemque permovere animos pro bonitate sua velit; romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigia sequuti, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximumque Iubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono inchoandum, et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo noningentesimo finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quod gloriae divinae, animarum saluti, Ecclesiae incremento bene vertat, indicimus per has litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Quo quidem Iubilaei anno durante, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis sacraque Communionem refectis, qui beatorum Petri et Pauli, item Sancti Ioannis Lateranensis et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae: si vero peregre venerint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum Principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino concedimus et impertimus.

Quoniamque potest usuvenire nonnullis ut ea, quae supra praescripta sunt, exequi, etsi maxime velint, tamen aut nullo modo aut tantummodo ex parte queant, morbo scilicet aliaque caussa legitima in Urbe aut ipso in itinere prohibiti; idcirco Nos piae eorum voluntati, quantum in Domino possumus, tribuimus ut vere poenitentes et confessione rite abluti et sacra communionem refecti, indulgentiae et remissionis supra dictae participes perinde fiant, ac si Basilicas, quas memoravimus, diebus per Nos definitis reipsa visitassent.

Quotquot igitur ubique estis, dilecti filii, quibus commodum est adesse, ad sinum Roma suum vos amanter invitat. Sed tempore sacro decet catholicum hominem, si consentaneus sibi esse velit, non aliter versari Romae, nisi fide christiana comite. Propterea posthabere nominatim oportet leviorum profanarumve rerum intempestiva spectacula, ad ea converso potius animo quae religionem pietatemque suadeant. Suadet autem imprimis, si alte consideretur, nativum ingenium Urbis, atque eius impressa divinitus effigies, nullo mortalium consilio, nulla vi mutabilis. Unam enim ex omnibus romanam urbem ad munera excelsiora atque altiora humanis delegit, sibi que sacravit servator humani generis Iesus Christus. Hic domicilium

imperii sui non sine diuturna atque arcana praeparatione constituit: hic sedem Vicarii sui stare iussit in perpetuitate temporum: hic coelestis doctrinae lumen sancte inviolateque custodiri, atque hinc tamquam a capite augustissimoque fonte in omnes late terras propagari voluit, ita quidem ut a Christo ipso dissentiat quicumque a fide romana dissenserit. Augent sanctitudinem avita religionis monumenta, singularis templorum maiestas, principum Apostolorum sepulera, hypogea martyrum fortissimorum. Quarum rerum omnium qui probe sciat excipere voces, sentiet profecto non tam peregrinari se in civitate aliena, quam versari in sua, ac melior, adiuvante Deo, discessurus est quam venerit.

Ut autem praesentes Litterae ad omnium fidelium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem prorsus adhiberi fidem, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare

praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, Quinto Idus Maii, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. Card. **Aloisi Masella**

Pro Dat.

A. Card. **Macchi**

Visa

De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. Cugnonius

Anno a Nativitate Domini Millesimo octingentesimo nonagesimo nono, die undecimo Maii, festo Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII anno vicesimo secundo, praesentes litteras apostolicas in atrio sacrasanctae Basilicae Vaticanae de Urbe, adstante populo, legi et solemniter publicavi.

Ego Ioseph De Aquila e Vicecomitibus
Abbreviator de Curia.

31.

Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu indulgentiis auctae ubique terrarum publice recitari et decantari in posterum valent.

Folium hoc dioecesanum de die 15. Martii 1899 sub numero 13. laetum attulit nuntium, S. Rituum Congregationem die 10. Ianuarii 1899 concessisse, ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu in Ecclesiis Dioecesis Lavantinae recitari et decantari queant.

Nunc autem, ut gaudium plenum sit, eadem S. Rituum Congregatio sequens Decretum hucce transmisit.

Urbis et Orbis

Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis de die 27 Iunii superioris anni Litanias Sacratissimi Cordis Iesu adprobavit illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien. et Augustodunen. atque Ordinis Visitationis B. M. V. benigne indulxit. Ex eo tempore Reverendissimorum Sacrorum Antistitum et religiosarum familiarum piarumque consociationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius Sanctissimi Cordis cum incremento pietatis per in-

vocationes approbatas ubique diffundi, prouti Ss. Nomen Iesu per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor Iesu atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemnior ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, propediem indicere decrevit. Ea propter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeant, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 2 Aprilis 1899.

C. Episcopus Praenestinus Card. **Mazzella**

S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Diomedes Panici, S. R. C. Secretarius.

Exercitia spiritualia a sacerdotibus obeunda.

Exercitia haec saluberrima anno currente fient Marburgi, circumstantiis sic necessitantibus, et quidem in ecclesia sancti Aloysii sub auctore et exhortatore ex inclyta Societate Iesu a die vigesima prima usque ad vigesimam quintam mensis Augusti.

Ut quoad habitacula et necessaria vitae opportuno tempore apta fieri possit dispositio, porrigant singuli sacerdotes supplices preces suas pr. ep. decanatu, qui eas ad pr. ep. ordinariatum diriget usque ad diem 14. Augusti.

Ex intimo desiderio corde atque certo futuram spero, reverendos sacerdotes dioecesis Lavantinae his piis exercitiis libentissime operam esse navaturos, praesertim autem illos, qui pluribus iam abhinc annis hoc praestantissimo adminiculo salutis tum suae tum alienae procurandae usi non sunt.

„Attende tibi et doctrinae; insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos, qui te audiunt.“ (I. Tim. 4, 16).

Nemo poterit parvipendere, quae super hac re pro aeterna animarum salute providentissime constituta sunt.

„Omnibus mature perpensis mandamus atque in Domino admonemus omnes et singulos sacerdotes dioecanos, ut in quantum per adiuncta licuerit, saltem omni triennio ad sacra exercitia communia in loco a Nobis destinato celebranda studiose ac pie confluant. Quodsi quis, hoc paternum mandatum spernens, per longius tempus a communibus exercitiis clericorum abfuerit, quod Deus avertat, hunc in Domino admonere et impellere volumus, imo ipsi sub poena suspensionis praecipiemus, ne exercitiis spiritualibus se subtrahat.“ (Gesta et Statuta Synodi dioec. Lavant. anno 1896 celebratae. Marburgi 1897, pag. 357).

„Venite ergo seorsum in desertum locum et requiescite pusillum.“ (Marc 6, 31).

XVII. Jahresbericht über die Thätigkeit des Vereines zur beständigen Anbetung des Allerheiligsten Altarsacramentes und zur Ausstattung armer Kirchen in der Lavanter Diöcese pro 1898.

„Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis.“

„Siehe, die Hütte Gottes bei den Menschen! Er wird bei ihnen wohnen.“
Apoc. 21, 3.

Eine der merkwürdigsten Stätten des heiligen Landes ist die Sionskirche vom Heiligen Geiste auf der Höhe des Berges Sion in Jerusalem. Hier ist das sogenannte Coenaculum oder der Speisesaal, in welchem der Heiland das letzte Osterlamm aß und das heiligste Sacrament einsetzte. Nach uralter, sehr begründeter Überlieferung stand hier das Haus, in welchem Jesus seinen Jüngern in der Fußwaschung das Gesetz der Demuth, Liebe und Reinheit einprägte und das heiligste Sacrament einsetzte, wobei er zugleich das neue testamentliche Priesterthum begründete und dieses Haus zur ersten christlichen Kirche einweihte. Hier erschien er auch am Tage seiner Auferstehung, um seine Jünger im Glauben zu bestärken und ihnen die Sendung zu übertragen, die er von seinem Vater empfangen hatte, und um das heilige Bußsacrament einzusetzen. Hier erschien er acht Tage später den Aposteln, um den Unglauben des Thomas zu heilen. Hier versammelte er seine Jünger vor der Himmelfahrt, um ihnen

seine letzten Aufträge zu geben. Hier waren die Apostel und Jünger einmüthig im Gebete versammelt, um den Heiligen Geist herabzulassen. Hier wurde Matthias zum Apostel erwählt. Hier kam am Pfingstfeste der Heilige Geist über die Apostel und ersten Gläubigen, wodurch die Kirche Christi ihren Anfang nahm. Hier hielt Petrus seine erste Predigt, die 3000 Menschen aus allen Theilen der Welt bekehrte. Hier wurde mit den ersten Diakonen der hl. Stephanus erwählt und geweiht. Hier leitete Jakobus der Jüngere die Gemeinde von Jerusalem. Hier suchte Paulus nach seiner Bekehrung das Oberhaupt der Kirche, den hl. Petrus auf, „damit er nicht vergebens laufe“. Hier theilten die Apostel die Welt unter sich, und hieher kamen sie zurück von ihren apostolischen Arbeiten. In einem Hause nebenan wohnte und starb die allerheiligste Jungfrau, und bei diesem Heiligthume war die Residenz der Bischöfe von Jerusalem, wie auch der erste Gottesacker der Christen, auf dem ein hl. Stephanus, Gamaliel u. s. w. begraben wurden. Kein Wunder, daß dieses hehre Heiligthum bei den Christen von jeher als „das heilige Sion“ in höchsten Ehren stand. Im Kloster beim Coenaculum nahm auch der hl. Franz von Assisi seine Wohnung (1219), und da siedelten sich 1333 seine Söhne an, um sich fortan unter den größten Opfern und bis zur

Bergießung ihres Blutes der verlassenen Heiligthümer des heiligen Landes anzunehmen.

Mit diesem Coenaculum können wir jede katholische Kirche vergleichen, mag dieselbe noch so klein und arm sein, weil in jeder katholischen Kirche Jesus der gute Hirt und beste Freund weilt. Hier im heiligsten Sacramente ist Jesus gegenwärtig als Gott und Mensch, mit Leib und Seele, als das Licht der Welt, der Tröster der Bedrängten, die Zuflucht der Elenden, das Leben der Christen und als unser Vorbild. Hier im Tabernakel wohnt Jesus als auf dem Throne seiner Gnade, um uns seine göttlichen Wohlthaten mitzutheilen. Hier in der Kirche können wir so vertraulich mit Jesus verkehren, ihm unsere Anliegen und Nöthen vortragen, Trost und Hilfe finden zu jeder Zeit. Venite ad me omnes — „Kommet alle zu mir, die ihr mühselig und beladen seid, und ich will euch erquicken.“ Matth. 11, 28. „Omnes sitientes, venite ad aquas . . . properate, emite, comedite; venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac. — „Alle, die ihr dürstet, kommet zum Wasser; und die ihr kein Geld habet, eilet, kauft und esset; kommet und kauft ohne Geld, und ganz umsonst Wein und Milch!“ Jf. 55, 1. Accedite, et illuminamini — „Tretet herzu“, mahnt der königliche Sänger, und „laßt euch erleuchten“ — mit den Strahlen des Gnadentlichtes zur richtigen Erkenntnis der Lebensweisheit und des Lebensernstes auf dem Wege des Lebens.

Diese Ermahnung möge uns aufmuntern, daß wir der Einladung des Herrn Folge leisten und uns gerne bei Jesus als Wachposten vor dem Tabernakel einfinden, um Jesu unserem göttlichen Erlöser unseren Dank abzustatten, ihn unserer Liebe, Treue und Anhänglichkeit zu versichern, aber auch um uns zu erwärmen an seinem göttlichen Herzen, damit wir in seinem Dienste bis ans Ende ausharren, denn nur wer treu bleibt bis ans Ende, wird gekrönt werden mit der Krone der ewigen Herrlichkeit.

Gegenwärtig scheint die Zeit gekommen zu sein, über welche der hl. Weltapostel Paulus zu seinem geliebten Schüler Timotheus also redet: „Ich beschwöre dich vor Gott und Jesu Christo, der die Lebendigen und die Todten richten wird bei seiner Ankunft und seinem Reiche; predige das Wort, halte an damit, es sei gelegen oder ungelegen, überweise, bitte, strafe in aller Geduld und Lehrweisheit; denn es wird eine Zeit kommen, da sie die gesunde Lehre nicht ertragen, sondern nach ihren Gelüsten sich Lehrer über Lehrer nehmen werden, welche die Ohren kitzeln, und von der Wahrheit werden sie das Gehör abwenden, zu den Fabeln aber hinwenden.“ 2. Tim. 4, 1—4. Auf unsere Zeit läßt sich anwenden, was der Heiland den Aposteln ankündigt: „Es wird Volk wider Volk, und Reich wider Reich aufstehen . . . Alsdann werden sie euch der Trübsal überliefern, und euch tödten . . . Und dann werden sich viele ärgern, und einander verrathen, und ein-

ander hassen. Und es werden viele falsche Propheten aufstehen und viele verführen. Und weil die Ungerechtigkeit überhand nimmt, wird die Liebe bei vielen erkalten. Wer aber ausharret bis ans Ende, der wird selig werden.“ Matth. 24, 7—13. Diese Mahnung möge uns bestärken, daß wir im hl. katholischen Glauben und in der Liebe zur Kirche ausharren und uns nicht irre führen lassen, Gott und seiner Kirche untreu zu werden.

Wer den katholischen Glauben und die wahre katholische Kirche verläßt, der kennt den hl. katholischen Glauben, die katholische Kirche und ihre Lehre nicht, denn sonst könnte er diesen Schritt unmöglich thun. O, wie schön ist doch die allein seligmachende hl. katholische Kirche, wie schön und trostreich ihre Lehre, ihr Gottesdienst, ihre göttliche Einrichtung! Durch den auferstandenen Heiland Jesus Christus gegründet, wurde sie durch die Apostel in allen Ländern der Erde verbreitet, durch eine Unzahl von hl. Blutzengen befruchtet, durch die größten Tugendhelden und Heroen der Wissenschaft vertheidiget; mit den herrlichsten Anstalten zur Linderung der geistlichen und leiblichen Noth versehen, schreitet sie seit zweitausend Jahren auf dem stürmischen Meere der menschlichen Leidenschaften einher, wie eine Arche Noe's ruhig dahin wallend und alle mit Freuden aufnehmend, die ihr Heil suchen und sich ihr anvertrauen, damit sie einst glücklich landen im Reiche der Verheißung, im himmlischen Vaterlande. Darum ist es kein Wunder, daß sie als die Säule und Grundfeste der Wahrheit von allen gesucht, und als eine glänzende Stadt auf einem hohen Berge stehend, von allen gesehen und gefunden wird, die eines guten Willens sind und ihr Leben ernst nehmen.

„Ich liebe diejenigen nicht, welche die Religion wechseln“, sagte einst ein protestantischer Fürst zum Grafen von Stollberg, der zur katholischen Kirche zurückgekehrt war. „Ich eben so wenig“, erwiderte der edle Graf; „denn wenn meine Vorfahren ihre Religion nicht gewechselt hätten, so wäre ich nicht genöthiget gewesen, zum Katholicismus zurückzukehren. Ein Protestant, der katholisch wird, wechselt die Religion nicht, er kehrt nur zu derjenigen zurück, die seine Väter mit Unrecht verlassen hatten.“

Leider finden sich auch in unseren Tagen Menschen, die dem Sonnenlichte des hl. katholischen Glaubens ihr Auge verschließen und den wahren katholischen Glauben verläugnen. Woher kommt das? Was ist die Ursache? Sie thun dieses entweder aus Leichtsinne, oder aus Unwissenheit, oder aus irgend einem andern unedlen Motive. Der Leichtsinne aber in einer so wichtigen Angelegenheit ist gewiß strafbar, und die Unwissenheit in den Heilswahrheiten ist gewiß keine Tugend, sondern eine Schande; ebenso sind alle übrigen Rücksichten in dieser wichtigsten Herzensangelegenheit, wo es sich handelt um den wahren Glauben und um die ewige Seligkeit, gewiß auch nicht zu loben, denn: Was nützt es dem Menschen, wenn er die ganze Welt gewänne, an seiner Seele aber Schaden litte?“ Marc. 8, 36.

Darum laffet uns nicht irre werden, wenn in den schlechten Zeitungen und Büchern die hl. Kirche und ihre Diener beschimpft und gelästert werden. Das kann nicht anders sein, schlechte Menschen hat es immer gegeben, und schlechte Menschen schreiben schlechte Bücher und schlechte Zeitungen, die lügenhaftes über Gott und sein Reich auf Erden, die hl. katholische Kirche vorbringen, sei es aus Unwissenheit oder aus Bosheit. Aber an uns ist es, daß wir solche Zeitungen nicht halten, solche Bücher nicht lesen, damit wir nicht vergiftet werden, und am Glauben Schaden leiden. Wir wissen, daß wir der katholischen Kirche zu glauben und zu folgen haben, denn sie ist ja von Jesus Christus dem göttlichen Heilande, welcher allein das Licht der Welt, der Weg, die Wahrheit und das Leben ist, gestiftet, der auch bis an das Ende der Welt bei ihr bleibt und die Pforten der Hölle werden sie nicht überwältigen. „Qui autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus — Wer aber die Kirche nicht hört, der sei dir wie ein Ungläubiger und öffentlicher Sünder.“ Matth. 18, 17.

Lasset uns festhalten an dem heiligen katholischen Glauben und an der heiligen katholischen Kirche, denn wir wissen, daß, wer die Kirche nicht zur Mutter hat, auch Gott nicht zum Vater haben kann (hl. Cyprian). Zu diesem Ende wollen wir recht oft den heiligen Geist um seinen Beistand anrufen und vor dem Tabernakel mit Herz und Mund sprechen:

Komm, Heiliger Geist, erfülle die Herzen deiner Gläubigen und entzünde in ihnen das Feuer deiner Liebe, der du die Völker aller Zungen in Einigkeit des Glaubens versammelt hast.

V. Sende aus deinen Geist, und Alles wird neu erschaffen werden.

R. Und du wirfst das Angesicht der Erde erneuern.

Lasset uns beten. O Gott, der du die Herzen der Gläubigen durch die Erleuchtung des Heiligen Geistes gelehrt hast, verleihe uns die Gnade, daß wir in demselben Geiste, was recht ist, erkennen und seiner Tröstung uns allezeit erfreuen mögen. Durch Christum, unsern Herrn. Amen.

Zur Dankagung für alle Gnaden und Wohlthaten, die der Anbetungsverein in diesem Jahre erhalten hat, und damit wir für uns und alle Gläubigen von Jesus Christus die Gnade der Standhaftigkeit im Bekennen des heiligen katholischen Glaubens erflehen, wurde am 4. Sonntage nach Ostern um 4 Uhr Nachmittags eine Gebetstunde vor dem heiligsten Altarsacramente in der Domkirche gehalten.

Fest und stark zu unser'm Gott
Stehen wir trotz Hohn und Spott!
Fest am Glauben halten wir,
Unj'res Volkes schönster Zier:
Drum geloben wir aufs Neue:
Jesu Herz, dir ew'ge Treue!

Das Jahr 1898 war für den Anbetungs-Verein ein gesegnetes. Es haben aus allen Pfarren der schönen Lavanter Diöcese die Mitglieder ihr Scherflein in reichlichem Maße für Vereinszwecke beigeuert; aber auch andere besondere Wohlthäter haben dem Vereine ihre milde Hand aufgeschlossen und den Verein unterstützt. So hat die Hochgeborne Frau Gräfin Nugent in diesem Jahre wieder in hochherziger Weise nachbenannte Kirchensachen dem Vereine zukommen lassen, nämlich: eine weiße und schwarze Casula, drei Feststolen, eine Alba und 2 Altarpöster; einige Pfarren haben größere Beiträge eingesendet, so daß der Verein auf diese Weise in die Lage kam, ihnen wertvollere Gegenstände zu Theil werden zu lassen. Es sei hiemit allen Wohlthätern und Gönnern des Vereines der verbindlichste Dank ausgesprochen!

Dem Vereine sind im verflossenen Jahre 1025 neue Mitglieder beigetreten und die Gesamtzahl derselben beträgt nun nach der Vereins-Matrik 17.689, welche als Ehrenwache Tag und Nacht dem göttlichen Erlöser im heiligsten Sacramente ihre Liebe und Huldigung erweisen und den himmlischen Segen über den Erdbreis herabfließen.

Der Verein hatte im Jahre 1898 an Gesamteinnahmen erhalten im Betrage pr. 2937 fl. 62 kr., wofür das hochverehrte Damen-Comité im Vereine mit den ehrwürdigen Schulschweftern nachstehende Kirchenparamente besorgte, und zwar: 4 Bespermäntel, 28 Meßkleider, 2 Dalmatiken, 5 Bela, 12 Stola für Feiertage, 4 Beichtstola, 5 schwarze Stola, 4 Taufstola, 3 Ciborien und 9 Bespermäntelchen mit Burja, 1 Meßbuch, 15 Chorröcke für Priester, 19 Alben, 24 Chorröcke für die Ministranten, 42 Humerialien, 120 Purificatorien, 72 Lavabotücher, 40 Corporalien, 30 Palen, 22 rothe und 8 schwarze Ministranten-Röcke, 8 violette Krägen, 6 Altarpulte, 8 Pultdecken, 4 Altarantependien, 3 Bahrtücher, 1 Baldachin, 10 Altarpöster, 12 Cingula. — Hinsichtlich der Cingula wird bemerkt, daß dieselben nur in der weißen Farbe besorgt werden, weil sich solche für alle Fälle am besten eignen, und zudem leicht gewaschen werden können. Die Ministranten-Röcke werden in rother und schwarzer Farbe verfertigt, weil diese Farbe für die meisten Fälle ausreicht; für die Berrichtungen in violetter Farbe nimmt aber der Ministrant einen violetten Kragen, schwarzes Röcklein und ein Chorbünd.

Der Anbetungsverein hat zwar während seines 17jährigen Bestandes schon zahlreiche Kirchenparamente und andere Utensilien für arme Kirchen in der Lavanter Diöcese besorgt und vertheilt, doch findet sich noch manche Kirche, die mit Kirchensachen schlecht versehen ist; darum ergeht an alle P. T. Wohlthäter und Gönner dieses schönen Vereines die freundlichste Einladung angesichts des so edlen Zweckes, den der Verein verfolgt, demselben die Wohlgewogenheit zu bewahren und auch künftighin denselben unterstützen zu wollen.

Orgelbaurevisoren für die Lavanter Diöcese.

Unter dem 15. Februar 1896 hat sich der Verein Österreichischer Orgelbaumeister in Wien, VI. Stumpergasse Nr. 48 anher mit dem Ersuchen gewendet, geeignete Diöcesan-Organrevisoren bestellen zu wollen, um bei der Anschaffung neuer Organwerke jenen Meistern den gebührenden Vorzug zu geben, welche in jeder Hinsicht Tüchtiges und Dauerhaftes leisten, um so für die würdige Begehung des Gottesdienstes in entsprechender Weise Vorsorge zu treffen und die Besteller vor bedeutendem materiellen Schaden zu bewahren.

Das F.-B. Ordinariat hat sich über den in Rede stehenden Antrag ein Referat erstatten lassen, welches nach geschehener Überprüfung im Nachstehenden zur Information mitgetheilt wird.

„Es unterliegt keinem Zweifel, daß es sich bei einer Orgel um ein kostspieliges Instrument handelt, das Jahrhunderte hindurch Dienste leisten soll, das also aus bestem Material, mit solidester und sorgfältigster Arbeit hergestellt werden muß, so daß das Sparen hier am unrechten Platze ist. Weil eine Orgel Jahrhunderte lang Dienste thun soll, ebenso wie Glocken, Altäre und andere Kunstgegenstände, so ist eben das Beste gerade gut genug; das Theuerste wird mit der Zeit das Billigste, das Billigste das Theuerste. Wird nämlich eine Orgel billig aber schlecht hergestellt, so sind fast alljährlich Reparaturen nöthig und diese vertheuern die Sache allmählich weit über den Preis einer guten Orgel, abgesehen davon, daß eine billige und schlechte Orgel auch nur schlechte Dienste leistet.

Aus dem ist ersichtlich, daß man dem Orgelbaue, beziehungsweise der Anschaffung neuer Orgeln, da es sich um große Unkosten handelt, und um die Kirchengemeinden vor großen Schaden zu bewahren, die ernsteste Aufmerksamkeit widmen soll.

Deswegen sind in sehr vielen Diöcesen Österreichs und Deutschlands¹ Organrevisoren bestellt worden, welche strenge zu wachen haben, „ob eine neue Orgel accordmäßig, d. i. nach dem mit dem Organbauer vor dem Baue abgeschlossenen Contracte oder Accorde, der die Disposition der Orgel und alle übrigen Bedingungen des Baues enthält, und ob sie auch sonst tüchtig gearbeitet ist.“²

Es ist nicht zu leugnen, daß solche musikalisch-fachmännisch und in bezug auf das Organbauwesen tüchtig durchgebildete Organrevisoren zur Förderung eines erfreulichen Aufschwunges der modernen Organbaukunst nicht unwesentlich beigetragen haben.

¹ Siehe „Dr. Witt, Das königl. bayerische Cultus-Ministerium, die bayerische Abgeordneten-Kammer und der Cäcilien-Verein, 1886, Fustet in Regensburg, S. 141“.

² Lexicon der kirchlichen Tonkunst, P. Utto Kornmüller O. S. B. I. 237 Regensburg, 1891, A. Coppenrath.

Obwohl in der Lavanter Diöcese keine eigentlichen, officiellen Organrevisoren aufgestellt sind, so haben doch die Vertreter der verschiedenen Diöcesan-Cäcilien-Vereine durch eine vorurtheilsfreie, ruhige aber sachgemäße Kritik im „Cerkveni glasbenik“ und verschiedenen katholischen Blättern den vortheilhaftesten Einfluß auf die Entwicklung der Organbaukunst ausgeübt, nicht vertrauenswürdige und nicht leistungsfähige Meister zurückgedrängt, andererseits aber Meister gestützt, welche wie der nunmehr verewigte Gorsic in Laibach, die Gebrüder Zupan in Steinbüchl (Oberfrain) und in neuester Zeit Herr Brandl in Marburg, welche durch rastloses Streben, ernstes Studium und Vergleichen, die bewährtesten technischen und tonalen Errungenschaften auf dem Gebiete der Organbaukunst sich zu eigen gemacht und Werke geschaffen haben, welche selbst nach dem Urtheile gewiegter Fachmänner den Vergleich mit den Orgeln der besten fremden Meister aushalten können. In dieser Hinsicht sind in bezug auf unsere Diöcese lobend hervorzuheben die Orgeln der Gebrüder Zupan in der Seminarikirche zum hl. Moisius und in der Pfarrkirche zu St. Egidii in W.-B., die Orgel des verewigten Gorsic in der Klosterkirche der ehrwürdigen Schulschwester in Marburg; die Orgeln, welche Meister Brandl in den Pfarrkirchen zu St. Margarethen und zu St. Maryen bei Pettau, sowie in der Kirche Maria 7 Schmerzen in Windisch-Feistritz aufgestellt hat, beweisen, daß er sehr vertrauenswürdig ist. Mit einem Worte: alle Orgeln, welche in neuerer Zeit von den genannten, braven Organbauern aufgeführt worden sind, geben uns die sicherste Gewähr, daß genannte Meister alle neueren und bewährten Erfindungen auf diesem Gebiete mit Überlegung und Glück anwenden und mit der Zeit fortschreiten. Dieser erfreuliche Zustand konnte sich aber nur durch den Einfluß einer ernsten, sachgemäßen Kritik seitens musikalisch gründlich ausgebildeter und im Organbauwesen gut bewandelter Fachmänner herausbilden. „Wo aber der nächste Organist die Sache prüft und natürlich Alles wunderbar schön findet, da wird, wie es die Erfahrung lehrt, die Pfluscharbeit großgezogen und die Gemeinden werfen Tausende von Gulden resultatlos hinaus.“¹

„Um nicht empfehlenswerten Concurrenten die Gelegenheit der Irreführung zu benehmen“, wie sich das „Verordn.-Blatt für die Lavanter Diöcese“ (1896, VIII., Abj. IV. „Bestellung einer Censur-Commission für kirchliche Kunst“ Nr. 3469) ausdrückt, so wäre es dringend geboten, daß vom Hochwürdigsten F.-B. Ordinate auch für die Lavanter Diöcese ein Organrevisor bestellt und hiebei vielleicht folgender Vorgang eingehalten werden würde.

¹ „Organlehre von B. Kothe, Leobschütz, C. Kothe, 1880, S. 36.“

Anlässlich eines neuen Orgelbaues wären vor Allen die Pfarrämter zu verhalten, die en detail, sowohl nach Zahl als Beschaffenheit der Register, nach Art des Materiales, des zu wählenden anerkannt bewährten Systemes, des Mechanismus und technischen Apparates, (besonders wichtig!) nach Größe der Unkosten, ausgearbeitete Disposition der neu zu errichtenden Orgel einem Hochwürdigsten F.=B. Ordinariate vorzulegen, welches sodann den Orgelbaurevisor beauftragt, die Disposition, sowohl in Bezug auf die Vertrauenswürdigkeit des zu wählenden Orgelbauers als auch in Bezug auf die Zweckmäßigkeit der Proposition zu prüfen und darüber in der, im Sinne der „Gesta et Statuta Synodi dioecesanæ anno Domini 1896 celebratæ, Marburgi 1897, Pars IV, tit. II, cap. IX et X“ bestellten „Censur-Commission für kirchliche Kunst“ Bericht zu erstatten hätte. Nach Annahme der Disposition könnte der gewählte Orgelbaumeister zur Ausführung derselben schreiten. Wenn die Reparatur oder der Neubau der betreffenden Orgel vollendet ist, so hat der Orgelbaurevisor an Ort und Stelle die Orgelprüfung vorzunehmen.

Der Revisor untersucht, ob Alles laut des bestehenden Contractes ausgeführt worden ist und vergleicht vor allem die Kaufsumme mit dem gelieferten Orgelwerke und legt darnach seinen Maßstab an; andererseits ist der Revisor aber auch in seinem Gewissen verpflichtet, der Kirchenvorstehung über das neu aufgestellte Werk ein wahrheitsgetreues Urtheil abzugeben, ob es schlecht oder gelungen sei, ob die dazu verwendeten Materialien dem Voranschlage entsprechend genommen, die Arbeiten sorgfältig ausgeführt worden seien.

Dem berufenen Pfarramte ist darüber ein schriftliches Gutachten abzugeben. Zur Orientierung des interessierten

Publikums und zur Förderung einer gesunden Concurrenz wird es gut sein, in einem entsprechenden katholisch-politischen Blatte über das betreffende Orgelwerk Bericht zu erstatten.

„Entdeckte Fehler müssten ohne Rücksicht vom Orgelbauer verbessert werden. Hierzu kann eine Zeit festgesetzt werden, nach deren Verlauf der Revisor nochmal nachsieht, ob und wie sie verbessert worden sind.“¹

Man kann es mit wahrer Freude und Genugthuung begrüßen, daß allenthalben in der Lavanter Diöcese besonders in neuester Zeit allen Zweigen kirchlicher Kunst — diesem so mächtigen Faktor zur Weckung katholischen Glaubens und Lebens — eine wahrhaft liebevolle Fürsorge und Förderung entgegengebracht wird. Möchte auch der Orgel, diesem so erhabenen Organe des Lobes Gottes, diese Fürsorge und Förderung nicht versagt werden, auf daß der gewaltige, die gottgeweihten Hallen durchflutende und in den Herzen der Gläubigen nachzitternde Klang der Königin aller Instrumente, geweckt durch die Hand des seiner Kirche und Kunst ergebenen Organisten, wirklich in der Seele der Gläubigen hervorrufe Gefühle, welche der fromme und gelehrte Cardinal Bona² in die Worte kleidet: „Der harmonische Klang der Orgel erweckt die traurigen Gemüther der Menschen und erinnert an die Freuden der himmlischen Stadt, spornt die Trägen an, erquickt die Eifrigen, ruft die Gerechten zur Liebe und die Sünder zur Zerknirschung.“

¹ Die Behandlung der Orgel von B. Mettenleiter, 1886. Regensburg, Pustet, S. 139.

² „De divina psalmodia, cap. 17. P. 2 ad finem“ bei Fr. X. Haberl „Magister choralis“, 11. Aufl. 1896, Regensburg, Pustet, S. 194.

F.=B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 1. Juni 1899.

† Michael,
Fürstbischof.